



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

De salutifero nomine Iesv. Capvt XLIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

cum est aër serenissimus: potuitque nullo negotio in eius vultu suam faciem contemplari. Ex hac ergò visione satis ille in sua afflictione animatus & recreatus, atque in sancta vita confirmatus fuit.

*De salutifero nomine IESV.*

CAPVT XLIX.

**Q**Vandoque Ministro ex Superiori Germania Aquisgranum ad inuisendam beatissimam Virginem proficiscente, cum esset in reditu, sanctæ cuidam virgini beatissima MARIA apparens, ita dixit: En Minister filij mei redijt, nomenque eius suavissimum fragranti pectore longè lateque divulgavit, quem admodum olim Apostoli eius. Atque ut ij nomen illud fidemque Christianã omnibus propagare ac insinuare optabant, ita & ipse totus in hoc incumbit, ut idem sacratissimum nomen novo cum feruore & amore cunctis egeleis cordibus inferat, in ijsque excitet & accendat. Vidit etiam cum sanctis Apostolis post obitum suum suum præmium æternum consequetur. Post hæc eadem sancta virgo in beatam MARIAM oculos referens, vidit eam manu tenentem candelam elegantem, usque adeò flagrantem, ut totum illustraret orbem. In ipsa autem candelâ vndiquaque exaratum erat nomen IESV: Dixit autem Dei genitrix ad virginem: Istæ candelæ ardens nomen IESV designat, qui reuera omnium corda illuminat, qui tamen eius nomen deuotè recipiant, idque venerentur, & apud

OTV  
45

se pio affectu circumferant. Porro idem filius  
 meus ad hoc sibi Ministrum suum delegit, vt  
 eius opera nomen suum in multorum cordi-  
 bus cupide accendatur, & ipsi inde æternæ suæ  
 salutis profectum recipiant. Eadem ipsa sancta  
 virgo vbi multis aduertit modis, Ministrum,  
 qui illius erat spiritalis pater, miram habere  
 fidem & deuotionem erga dulcissimum I E S V  
 nomen, vt quod etiam suo inscripseret pecto-  
 ri, cepit etiam ipsa magno illius amore corri-  
 pi, piatq; cum deuotione idem nomen rubicun-  
 dis filis sericis exiguo panno affuit, volens id  
 clanculo apud se deferre: atque eius formæ in-  
 numerata alia confecit I E S V nomina, effecitq;  
 vt ea omnia suo Minister pectori applicaret, &  
 diuina benedictione addita, filiis suis spiritali-  
 bus vltro citroque transmitteret. Fuit autem  
 illi eidem virgini reuelatum à Deo, quisquis  
 illud nomen hoc pacto apud se circumferret,  
 & quotidie in eius honorem diceret Orationē  
 Dominicam, illi DEVM in hac vita benignè  
 facturum, & in eius morte propiciū ipsi  
 futurum. Quod nobis omnibus  
 præstat Christus Iesus.  
 Amen.



D. HEN